VITALIS PHALETRVS DE DONIS
DVX XXXII.

Electus Anno 1084. Obiit Anno 1097.

VETVS INSCRIPTIO.

Clare fit occultum Corpus mihi Sancti Marci.

ADversùs Normannos reparatà claſſe, alteram primà non minorem prope Corcyram, cædem Venetus ſubjit. Hinc fædere, & affinitate Phaletrus, quod ferro non valuit, Fata ſubvertere tentans, vel deludere. Orientis, & Occidentis manu valvas occluſit. Illyrici regnum, quod belli jure piratis perditis, majores noſtri ſibi aſſeruerant, firmavit ipſe duorum Cæſarum decreto, Alexii Conſtantinopolitani, & Henrici Germani. Venetias iſte deſcenderat in adorationem Marci Evangeliſtæ, qui in aliam ſedem cum dubitaretur migraſſe, bracchio ex columna exerto, Rempublicam